



A. GISLENI  
BVSBEQVII  
omnia  
quæ extant.  
*Cum Privilegio.*

LVGD. BATAVORVM.  
In Officina Elzeviriana.  
Anno 1633.



*W. Blaeuw fecit*

# 3 T Y P O G R A P H I

benevolo Lectori

S.

**R**odeunt, benevole Lector, ex officina nostra Amplissimi viri *Augerii Gislénii Busbequii* omnia, cum ejus diu multumque desideratis Epistolis ad Rudolphum II. Imperatorem, opera; quæ quòd hætenus separata in lucem prodierunt, nos à doctissimis viris tum sæpè rogati, tum quàm grata & utilia sint certiores facti, uno volumine typis nostris ea damus excusa, nè multorum desiderio, aut literarum commodo deesse videamur; sed potius ut operâ & propensâ nostrâ ad literas ornandas voluntate res literaria, quantum in nobis est, melior politiorque reddatur. Vale, & labore nostro feliciter fruire.

A 2

CON-

# C O N T E N T A

hoc libello.

I.



*Vgerii Giflenii Busbe-  
quii Legationis Tur-  
cicae Epistola quatuor.*

II.

*Ejusdem Exclamatio siue de re mi-  
litari contra Turcam instituen-  
da Consilium.*

III.

*Solimani Turcar. Imp. Legatio  
ad Ferdinandum Roman. Caf.  
anno MDLXII,*

IV.

*Ejusdem Busbequii, Caesaris apud  
Regem Gallorum Legati, Episto-  
la ad Rudolphum II. Imperato-  
rem: ex Biblioth. Io. Bapt. Hou-  
dvaert I. C. Patritii Bruxellensis.*

*Premissa est vita Auctoris.*

L. C. A. R.



AVGERII GISLENII

BVSBEQVII

D. Legationis Turcicæ

*Epistola prima.*

**Q**UOD tibi discedens promiseram, fore, ut de toto itinere meo Constantinopolitano certior à me fieres, in eo fidem liberare volo, & quidem (ni fallor) liberabo cumulate. nam ad iter Constantinopolitanum accedet Amasianum, illo haud paulo minus tritum minusque vulgare. Tu, si qua mihi jucunda evenisse intelliges, tuam partem voluptatis feres, quod pro veteri necessitudine nostra nihil habeam quod mihi non sit commune tecum. si qua evenerunt, quod in tanta itineris magnitudine & difficultate fuit necesse, molestiora, nihil ad te pertinere judicabis; quod ea præterita, quò fuerunt in experiundo graviora, eò mihi ipsi nunc fiant recordanti jucundiora. Non te fugit cum essem